

MASS PROPER: JUNE 27, OUR LADY OF PERPETUAL HELP

MASS *Gaudeámus ómnes* (white)

INTROIT

Gaudeámus ómnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre beátæ Mariæ Vírginis Regínæ: de cuius solemnitate gaudent Ángeli, et collaudant Fílium Dei. (Ps. 44: 2) Effundit cor meum verbum bonum: dico ego carmen meum Regi. V. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.

Gaudeámus ómnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honóre beátæ Mariæ Vírginis Regínæ: de cuius solemnitate gaudent Ángeli, et collaudant Fílium Dei.

COLLECT

Dómine Jesu Christe, qui Genítricem tuam Mariám, cuius insígnem venerámur imáginem, Matrem nobis dedísti perpétuo succúrrere parátam: concéde, quæsumus; ut nos, maternam ejus opem assidue implorántes, redemptiónis tuæ fructum perpétuo experíri mereámur: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Ecclesiasticus 24: 23-31

Ego quasi vitis fructificávi suavitátem odóris: et flores mei fructus honóris et honestátis. Ego mater pulchræ dilectiónis, et timóris, et agnitiónis, et sanctæ spei. In me grátia omnis vix et veritátis, in me omnis spes vitæ et virtútis. Transíte ad me omnes qui concupíscitis me, et a generatióibus meis implémini: Spiritus enim meus super mel dulcis, et hæréditas mea super mel et favum: memória mea in

Let us all rejoice in the Lord, celebrating a feast in honor of the Queenship of the Blessed Virgin Mary: at whose solemnity the angels rejoice and join in praising the Son of God (Ps. 44: 2) My heart hath uttered a good word; I speak my works to the King. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

Let us all rejoice in the Lord, celebrating a feast in honor of the Queenship of the Blessed Virgin Mary: at whose solemnity the angels rejoice and join in praising the Son of God

Almighty and merciful God, Who hast given us a picture of Thy most blessed Mother to venerate under the special title of Perpetual Succor, mercifully grant us to be so fortified, among all the vicissitudes of this wayfaring life, by the protection of the same immaculate, ever virgin Mary, that we may deserve to attain the rewards of Thine everlasting redemption. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

As the vine I have brought forth a pleasant odor, and my flowers are the fruit of honor and riches. I am the mother of fair love, and of fear, and of knowledge, and of holy hope. In me is all grace of the way and of the truth, in me is all hope of life and of virtue. Come over to me, all ye that desire me, and be filled with my fruits; for my spirit is sweet above honey, and my inheritance above honey and the

generatiónes sæculórum. Qui edunt me, adhuc esúrient: et qui bibunt me, adhuc sítient. Qui audit me, non confundétur: et qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætérnam habébunt.

GRADUAL

Tota formósa et suavis es, fília Sion, pulchra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum acies ordináta. V. (Judith 13: 22) Benedíxit te Dóminus in virtúte sua, quia per te ad níhilum redégit inimícos nostros.

LESSER ALLELUIA Luke 1: 28

Allelúja, allelúja. V. Ave María, grátia plena: Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Allelúja.

GOSPEL John 19: 25-27

Stabant autem juxta crucem Jesu, mater ejus et soror matris ejus Maria Cléophae, et Maria Magdaléne. Cum vidíset ergo Jesus matrem, et discípulum statem, quem diligébat, dicit matri suae: Múlier, ecce filius tuus. Deinde dicit dicípulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accépti eam discípulus in sua.

OFFERTORY Jeremiah 18: 24

Recordáre, Virgo mater, in conspéctu Dei, ut loquáris pro nobis bona, et ut avértat indignatióem suam a nobis.

SECRET

Tua, Dómine, propitiatióne, et beátæ Mariæ semper Virginis intercessióne, ad perpétuam atque præséntem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem et pacem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit

honeycomb. My memory is unto everlasting generations. They that eat me, shall yet hunger; and they that drink me, shall yet thirst. He that hearkeneth to me shall not be confounded, and they that work by me shall not sin. They that explain me shall have life everlasting.

Thou art all lovely and sweet, O daughter of Sion, beautiful as the moon, bright as the sun, terrible as an army in battle array. V. (Judith 13: 22) The Lord hath blessed thee by His power, because by thee He hath brought to naught our enemies.

Alleluia, alleluia. V. Hail, Mary, full of grace, the Lord is with thee, blessed art thou among women. Alleluia.

Now there stood by the cross of Jesus, His mother, and His mother's sister, Mary of Cleophas, and Mary Magdalen. When Jesus therefore had seen His mother and the disciple standing whom He loved, He saith to His mother: Woman, behold thy son. After that, He saith to the disciple: Behold thy mother. And from that hour, the disciple took her to his own.

Remember, O Virgin Mother, that thou speak good things for us in the sight of God, that He turn away His wrath from us.

By Thy clemency, O Lord, and the intercession of blessed Mary, ever a virgin, may this oblation profit us unto eternal and also present well being and peace. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns

et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE BVM

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Et te in Festivítate beátæ Mariæ semper Virginis collaudáre, benedícere et prædicáre. Quæ et Unigénitum tuum Sancti Spíritus obumbratióne concépit: et, virginitátis glória permanénate, lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælórúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

COMMUNION Hebrews 9: 28

Regína mundi digníssima, María Virgo perpétua, intercède pro nostra pace et salúte, quæ genuísti Christum Dóminum, Salvatórem ómnium.

POSTCOMMUNION

Ádjuvet nos, quæsumus, Dómine, gloriósæ tuæ Genitrícis, sempérque Virginis Mariæ intercéssio veneránda: ut, quos perpétuis cumulávit beneficiis, a cunctis periculis absolútos, sua fáciat pietáte concórdes: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation that we always and everywhere give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God: and that we should praise and bless, and proclaim Thee, in this feast of the Blessed Virgin Mary, ever Virgin: Who also conceived Thine only-begotten Son by the overshadowing of the Holy Spirit, and the glory of her virginity still abiding, gave forth to the world the everlasting Light, Jesus Christ our Lord. Through whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

Most worthy queen of the world, Mary, ever a virgin, intercede for our peace and salvation, who didst bring forth Christ the Lord, the Savior of all.

May the august intercession of Mary, Thy glorious Mother, ever a virgin, help us, O Lord, that those whom it hath heaped with benefits it may deliver from all peril and by her tender kindness, make to be of one mind. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.